



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

26. An Decima derogari aut tolli ex toto vel ex parte poßit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

in ea. Cum Apostolica de Decimis, Couarruias lib. i. Variarum resolutionum. cap. 17. num. 5. Cum enim sit communis iure interdictum, sola Episcopi auctoritate fieri nequit. Olim tamen ante huiusmodi Lateranense Concilium, sola Episcopi auctoritate decima laicis bene de Ecclesia meritis in feudum, sive emphyteum perpetuum dari solebant: quare si quis laicus decimas in feudum perpetuum acceptas ante dictum Concilium obtineat, tunc possidet.

*Decimo tertio queritur, An decimas, in feudum perpetuum ante Lateranense Concilium acceptas, tuta conscientia laicus Episcopi concessu in alium transferat? Respondet: Aut eas transfert in aliquam Ecclesiam, Monasterium Religiosum, locum, idque tunc facit, ut constat ex cap. *Cum Apostolica. De ijs que sunt à Prelatis*: Aut transfert in alium laicum, & sunt duae opiniones, una eorum, qui absolutè & simpliciter fieri posse negant solo Episcopi consensu & auctoritate, quæ tuit sententia Abbatis in cap. *Prohibemus de Decimis*. Vbi ait, sit in eo capite Doctores sentire. Sic enim censet Hostiensis in cap. *Cum Apostolica De ijs que sunt à Prelatis*, Archidiac. Ioann. Monachus in cap. 2. de Decimis in sexto eo in primis argumento, quod in ea. *Prohibemus de Decimis*; vniuersum decernitur, ne laici decimas in alios laicos possint aliquo modo transferre. Deinde si Laicus decimas sibi in feudum perpetuum das habens, sine legitima prole & haerede decedat, decimam ipso iure ad Ecclesiam reuertetur, ergo in alium iure transferri nequeunt. Altera est sententia, id tunc fieri posse Episcopi auctoritate, quam sententiam Glossa, Cardinalis in cap. *Prohibemus*, Ioann. Andreas in cap. 1. de *Præscripti. in sexto*, & in cap. *Super quibusdam de verbo significativa. Sylvestr. Decima. question. 10.* probauere, eam confirmantes primum ex cap. *Prohibemus nuper allato*, vbi generaliter non prohibetur, ne laici decimas in alios laicos transferant; sed ne laici decimas cum animalium suorum periculo detinentes, in alios laicos transmittant: quod Decreto habet locum in laicis, decimas facto, non iure possidentibus: qui si, dum vivunt, decimas Ecclesie non restituunt, saltem cum decedunt, iussu Pontificis debent Ecclesie decimas reddere, vt saltet eos sui peccati mortis tempore peniteat. At vero laicus qui Ante Concilium Lateranense decimas in feudum accepit, iure illas, non solum factio possidet. Certe prima sententia videtur verior. Etenim quamvis laicus iure feudi decimas possideat, nequit in alium laicum transmittere, etiam Episcopi auctoritate: nam transferri non possunt, nisi in feudum denuo dentur: ut eas in feudum dare, Concilium Lateranense prohibuit, nisi dixeris, non vetuisse, ne solite dari dentur more solito, sed ne dentur, quæ alioqui dari minimè solebant. Sed Concilium generatim præcipit, ne dentur.*

Decimo quartò queritur, An Episcopi auctoritate possint decimas, laico ad breue tempus concedi, locari, vel vendi iusta aliqua de causa? Respondet ex communi omnium sententia, posse. Nam in Clem. i. de Rebus Eccles. non alienan. dicitur, posse res Ecclesie ad modicum tempus alienari. Sciendum autem est, iure communi modicum tempus haberi, quod est intra decennium: vnde de-

*cimæ iure communi tunc possent laico concedi intra decennium. Sed ubi est vsu recepta Constitutio Pauli II. quæ incipit *Ambitiose de Rebus Eccles. non alien. decimæ laico auctoritate Episcopi ultra triennium locari non possunt. Sed quæstio est An iure cōmuni Episcopus laico decimas dare possit iusta ex causa, vel eas locare, vel vendere ad vitam ipsius laici? Id concedit Glossa in cap. *Quemadmodum de Decimis*, ea ratione confirmans, quod vita hominis cum sit dubia & incerta, potest esse brevis finita: proinde tanquam modicum tempus habetur. Cum item decima ad vitam laici conferatur, non videtur in perpetuum dari, quippe quæ ad haeredes transmitti non possit. Sed verius est, quod tradit Abbas, in eo cap. *Quemadmodum*, id Episcopo non licere facere: quod enim ad vitam vnius durat, non dicitur ad modicum tempus dari, cum vita hominis ad multos annos produci queat.**

Caput XXVI.

An decima denegari aut tolli ex toto vel ex parte possit.

PRIMO queritur, Quot modis Decima tolli queat, ita ut Clericis, sive Ecclesiis solu non debat. Respondet, multis modis, nimur conuentidine, præscriptione, compensatione, transactio, exemptione, sive priuilegio Romani Pontificis. Rebuff. tract. de Decimis questio. 13. num. 13. & quælibet.

Secundò queritur, An consuetudine Decima tolli possit ex toto vel ex parte? Respondet, inter Iuris Canonici Doctores, cu sententiam decimam diuino iure deberi, varias esse sententias. Quidam enim assertunt, decimam prædialem nulla consuetudine tolli posse ex toto, vel ex parte, cum divini iuris sit: per sonalem verò posse consuetudine ex parte, vel ex toto denegari, quoniam Canonici tantum iure perfoluntur. Hanc sententiam uentur Hostiæ, Archidiaconus, Cardinalis, Paulus Parisius, Felinus, & alij plerique, quos refert Couarruias libra. Varia, refolua. cap. 17. numer. 8. & eam testatur Rochus Curtius, quem circa ibidem Couarruias, esse communem inter Canonici iuris interpretes. Alij verò vniuersim docent, nullam decimam prædialem, vel sonalem tolli consuetudine posse sive ex toto, sive ex parte, propterea quod sit utraqque iuris diuini, non Canonici. Sic Innocentius, Glossa, & alij juniores ita. In quibusdam de Decimis. Sunt qui dicant, Decimam sive prædialem, sive sonalem ex toto auferri, vel denegari non posse, bene tam ex parte: quod idem est, ac si dicant, fieri consuetudine posse, ut pars minor soluat, nempe duodecima, vigesima, vel trigesima: quod non obscurè Sanct. Thomas significat, secunda secundæ questione 87. articulo primo, & quodlib. secundo articulo octavo, Turrecrem. in cap. Reuerimini 16. questione prima, in septimo questione, & idem multi alij Theologici tradidicte. Omnes iuris Pontificij Doctores hac questione sunt admodum implicati, cum sentiant illi, decimam iure esse diuini: at contra ius diuinum Consuetudo non valet: Et tamen ex altera parte vident in multis provinciis Christianorum decimas Clericis vel Ecclesiis non solvi: nec enim

in Italia,

in Italia, nec in Gracia soluuntur, nec olim solubantur. Vnde Antonius Butrius in cap. Parochia de Decimis scribit; Nescio quid dicam, nisi quod omnes damnentur non soluendo.

Attamen tanquam firmum fundamentum factum est quod supra posuimus, Decimam quidem, ut est pars fructuum necessaria ad viatum Clericorum, diuina & spiritualia bona ministrantium, item ut est merces laboris ipsorum, insuper, ut est aliquid quod Deo offerimus, ut ipsum agnoscamus tanquam summum rerum omnium dominum, iuri naturalis & diuinis esse; ut vero est carta & definita pars fructuum, videjicit decima, & non maior, aut minor, non esse iuri diuini, vel naturalis, sed Canonici. Ac propterea quemadmodum contra quolibet ius aliud Canonicum, vel civile consuetudo magnam vim aerobur habet: sic etiam contra ius Decimarum, quod recte Conuariis & Turrecremata locis praecitatis Theologorum sententiam secuti, annuntarunt. Et in primis dubitandum non est, quin decima consuetudine in totum tolli queat, si re alia majori, vel equali compensetur: nam carera debita etiam iusta, alterius rei compensatione soluuntur. Deinde certum est, ius ipsum Decimarum, quatenus est naturale, vel diuinum, consuetudine nec ex toto, nec ex parte tolli posse, quatenus vero est canonicum posse. Ut merito Sancti Thomas secunda secunde, questione 87. articulo 1. dixerit, potuisse Ecclesiam decernere, ut pars minor, loco decimae solueretur. Ceterum quoque est, potuisse Ecclesiam suo iuri cedere, nimirum decimas non petendo, ut eas laicis remitteret, quamvis non potuerit ius diuinum relaxare, quo Deo aliquid offerimus, ut agnoscamus supremum eius dominium in res omnes, quod ius diuinum seruamus, si aliquid etiam si decima sit minus, offerimus. Nam decima est instituta ad clericorum viatum, & ceteros vitreus necessarios: potuerunt igitur Ecclesiae & Clerici sibi aliunde alimenta, & ceteros vitreus necessarios conquirere, & laicis decimam condonare. Hinc peripetuum est, quam vim consuetudo in decimis habet. Quemadmodum enim Pontifex potest decimam remittere, si aliunde Clericis supperant bona, ex quibus commodè sustententur, sic & Consuetudo.

Ex his multa colliguntur. In primis, vbi consuetudo recepta est, & precripta legitimè, ut decima non soluatur, solui non debere; tametsi à Clericis peratur, standum enim est consuetudini recipere, quæ legis vim habet. Hinc etiam existit, ut si ex quibuldam fructibus, & bonis non soleat decima solui, ea minimè debatur: in multis enim locis solui non solet ex minutis rebus, ut ex foeno, herbis, oleribus, & alijs fructibus plerique. Valer etiam consuetudo, vbi non integrè decima soluitur, sed minor, nempe vigesima, trigesima, & quinquagesima. Consuetudo itidem ea valer qua nulla decima soluitur, sed aliquid aliud, quod est in loco ipsius subrogatum. Quidam vnde factum sit, ut in quibuldam prouincijs nulla decima soluitur: Respondeo, ex diversis causis id potuisse fieri. Aut enim olim Pontifices Romanis sponte sua, & voluntate remiserunt decimas: quia laici certa quædam bona assignarunt ad Ec-

clesiarum & Clericorum usus & alimenta: quod ego quidem factum existimo in Italia: Aut Romanus Pontifex decimas Regibus, Principibus, & alijs primarijs viris optimè de Ecclesia meritis attribuit, ea lege, ut dotarent Ecclesiastis, & necessaria vite subfida Clericis præberent: ac ita concessæ sunt Hispaniarum Regi decima, quæ in certis lux ditionis prouincijs colliguntur. Tales etiam decimæ sunt quibusdam Religiosorum Ordinibus attributæ. Ex quibus tamen decimis detractæ sunt certæ portiones, & Ecclesiastica quædam Beneficia constituta, vnde sustententur Clerici, qui ex ipsis Ordinibus ad Ecclesiastarum præfecturam & gubernationem deliguntur, aut certè Ecclesiastarum Antistites expressio vel tacito Romanorum Pontificum, vel totius Ecclesiæ consensu, suo iure omnino ceserunt, laicos à decimis soluendis liberantes, & ita factum esse reor in Orientis Ecclesijs, in quibus decima non soluitur: fortassis enim eius regionis Episcopi Paulum sunt imitati, qui noluit Corinthios adicere ad decimam soluendam, vel quippiam aliud vitæ vobis necessarium suppeditandum, ne quemquā eorum grauaret, sed futurum, ut ipse testatur, manum labore, viatum sibi queritabat. Nisi forte dixeris, decimas Ecclesiastarum Orientis Saracenos & Turcas, aliasque Tyrannos per vim rapuisse, ac sibi usurpare. Illud potius verisimilius videtur, eiusmodi Ecclesiastas à multis annis petere decimas non consueuisse.

1. Cor. 9.

2. Thessal.
viiim. Ep.
Act. 20.

Ex his etiam facile colligi potest, non esse continuo damnum, si quis laicus vobis & consuetudine fe exemplum à soluendis decimis contendar, cum probat diuturne vobis eas se nunquam soluisse. Deinde multo minus esse dubitandum de quibusdam alijs consuetudinibus. Valer itaque consuetudo, qua Clerici rectores Ecclesiastarum ex predictis etiam patrimonialibus decimam sibi retinent, ea item consuetudo, qua laici sibi decimam personalem non soluunt: necnon ea, ut decima vni Parochie iure debitâ alteri Parochie soluitur, cap. Ad Apostolicas, cap. Cum contingat, & cap. Quoniam de Decimis: illa itidem consuetudo, ut decimæ ne deferantur in Clericorum horrea: sed ut soluantur in area, agro, vel domo, dummodo Collector decimam admonetur. Rata denum, & firma est etiam Consuetudo alicubi, id est, ut dicitur, apud Venetos recepta, ut personalis decima non soluatur, nisi ad finem & exitum vitæ: nam sicut Ecclesia damnum pati, sic etiam lucrum facere potest: eo quod ad finem vitæ quisque sicut pauperior; sic etiam locupletior esse poterit. Valer etiam Consuetudo pari ratione, ut personalis decima non nisi ad exitum anni soluatur. Ea quoque vim habet, ut Colonos certas mensuras quotannis soluat Ecclesia, siue nihil ex agro, siue multum collegerit: quia Ecclesia & damnum & lucrum habere potest.

Tertio queritur, An vim ullam habeant statuta Ciuitatum, Constitutiones & leges Regum & Principum, quibus prohibent decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem solui non solent. Tria hic queruntur: primum est, An et quum sit & rationi consentaneum, ut non exigantur decimas, quæ per longam consuetudinem solui non solent. Secundum est, An valeant statuta, leges, edicta lai-

corum, quibus vetant, ne hæ decimæ exigantur à laicis. Tertium est, An apud ciuilia laicorum prætoria iure tractari queat causa de decimis nō exigendis à laicis, quas de more non soluebant. De primo, videtur æquum esse, ut huiusmodi decimæ minimè exigantur: quia Canones, leges, & iura voluerunt, ut consuetudines moribus vntientur receptæ seruentur: atqui ea consuetudo corruptela non est, cum non repugnet iuri naturali, aut diuino: ergo seruari iure potest. De secundo, Couarrua. Prædicti questionib[us] capit. 35. numer. 2. versicul. 4. libr. 1. varia. resol. capit. 17. numer. 8. versicul. 9. Gallos fecutus, censet, quæ dixi statuta, leges, & edicta laicorum valere, & cum Iure ipso congruere: quia solum præcipiunt, ut consuetudo recepta seruetur. Alij verò, quibus ego magis assentior, ut superius dixi, docent, hæc nullam vim habere, nisi fiant priuilegio Romani Pontificis, vel consensu expresso, aut eius auctoritate confirmetur. Quoniam de decimaru iure, cum sit spiritualiter, nihil laici statuere possum. At dices, solum præcipere laicos, ut consuetudo recepta seruetur, & omnia iura constituant, ut approbatæ consuetudines vim legis habeant. Respondeo, argumento tantum concludi, æquum esse, ne talis consuetudo violetur: sed præcipere, ne contra eā Clerici faciant, laicorum nō est, sed Ecclesiasticorum iudicium, videlicet, Episcoporum, & Romani Pontificis.

De tertio idem Couarruuas loco citato dicit, eiulmodi causam iure discussi apud tribunalia ciuilia laicoru[rum]: quia solum causa tractatur, ut consuetudinem receptam Clerici seruet. Sed reue[re]ra, ut superius ostendi, iure tractari neque apud laicos indices nisi priuilegio, vel cōsentu Romani Pontificis: quia causa est spiritualis, videlicet, de iure Decimaru.

Quarto queritur, An Decima præscriptione ex toto, vel ex parte tolli queat? Hac controv[er]gia ex superiori questione non difficilè sanè negotio dissoluitur: quare sicut ea quæstio iuri P[ontificis] consultis negocij plurimum facessit, sic etiam hæc. Præscriptio enim & consuetudo inter se maximè conueniunt: hoc solo discrepant, quod per Consuetudinem, ius communitati, non priuatis acquiritur. Præscriptione verò ius & dominum priuatis acquiritur. Cum igitur Canonici iuri interpretes communiter afferant, consuetudine decimas, præsertim prædiales tolli non posse, defendunt quoque præscriptione auferri nequire.

Ceterum aliter dicendum est, & in primis sci[er]e oportet, non idem esse, laicos præscriptione liberari à decimis soluendis, quod præscriptione sibi decimas acquirere: nam certum est, non posse sibi laicos v[er]a præscriptione decimas vendicare, hoc est, ius nullū acquirere, ut sibi decimæ soluatur: hoc enim ius est spirituale, & Ecclesiasticum, ac proinde in laicos cadere nulla ratione potest, nill nomine, auctoritate & consensu Romani Pontificis: quod verò laici liberi sint, & immunes à decimis Ecclesiæ soluendis, sicut consuetudine fieri potest, sic etiam præscriptione, eo quod potestate, & auctoritate pares sint consuetudo, & Præscriptio. Atque hæc est Theologorum opinio, quam etiam est Couarruuas ample-

xus. Et quicquid hac de re iuri Canonici periti dubitauerint, vniuersi tamen sentiunt, vnam Eccliam contra aliam, & vnum Clericum contra alium, posse sibi præscriptione, ius decimatum acquirere: quia, inquit, tametsi decima iure diuino Clericis, & Ecclesijs debeat, iure tamen humano potius vni, quam alteri debetur, ac soluitur: quia Parochias non ius diuimum, sed humum distinxit atque diuinit. Dummodo item decima Clericis, & Ecclesijs soluatur, minimum interest, eas vnuusne Parochus, an aliis acquirat.

Quinto queritur, An transactio[n]e, vel compositione, vti iura loquuntur, tolli decima possit? Scendunt, inter Compositionem, & Transactio[n]em hoc interesse, quod Compositio, ei gratis, & liberaliter facta conuentio, & fieri solet inter amicos: Transactio verò, est de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento, pactio, leg. s. f. De transactio, & l. Transactio. c. de transactio, & casuero de Transactio[n]ibus. Vnum tamen sapius pro aetate ponit. c. Veniens de Transactio[n]ibus.

Quæstio in præsenti est, An cōpositione, Transactio[n]e decima tolli queat? In eo omnes conueniunt, compositionem valere inter Clericos liberaliter factam, ut vni, non alteri decima soluatur. capi. statuum, de Transactio, & capi. Dilecti de Decimis. Et hoc Compositio si Episcopi auctoritate fiat, ad successores quoque transmittitur: si vero priuata solummodo auctoritate, tunc contrahentes soli, non successores eorum obligantur.

Deinde, compositio, Episcopi auctoritate fieri nequit, qua laicus, decimam Ecclesijs, vel Clericis non soluat: bene tamen auctoritate Romani Pontificis iusta, & legitima de causa. Hoc quidam iuri Canonici doctores discentur: sed immitto, cum decima iuri diuini non sit, utip putarunt, & nos supra eorum opinionem confantes, oftensum reliquimus. Valerit itidem Compositio, vt laicus non soluat integrum decimam: sed minorem v[er]potè vigesimalm, trigesimalm, &c. At non sufficit in hoc iolla Episcopi auctoritas, nisi Romani Pontificis consensus accedit. Nam cum decima ex toto, vel ex parte remittatur, ius commune relaxatur, quod precipit integrum decimam solui, ut superius ostendi. Valerit Compositio, vt laicus non soluat decimam ex certis quibusdam fructibus, aut bonis, modo ha[bit] auctoritate Romani Pontificis: siquidem hoc etiam in parte ius commune remittitur. Rata nihilominus, & summa est Compositio, qua ha[bit] auctoritate Episcopi, ut decima soluatur quidem Clericis, vel Ecclesiæ integræ, sed certo loco, & tempore: nimis in area, vel agro, vel domo: item ut post certos dies a collectis fructibus: cum etiam, ne soluatur decima, ante quam peratur à Clericis. Insuper, ut non soluatur decima nisi ad finem vite.

Sexto queritur, An Priuilegio Pontificis decima tolli possit? Animaduertendu[m], hic tria in diuimum vocari: primum, An auctoritate Romani Pontificis decima in totum tolli queat? Deinde, An priuilegio Pontificis fieri possit, ut decima Monasterio, vel p[ro]prio alicui Collegio, aut seminario Clericorum soluatur: Postremò, An priuilegio

uilegio Pontificio possit aliquis fieri immunitus, & liber à decima soluenda. Notandum itidem est, Religiosorum Ordinibus inter cetera priuilegia, hoc etiam concessissimis Pontifices, ut sint à decima persoluenda exempti. Vnde in Privilegijs quibusdam sic habetur: De Dominis, Monasterijs, & Collegijs, & eorum prædijs, hortis & alijs locis quæ habere possimus: aut de ijs, quæ pro eisdem emendis, nobis pro tempore legari aut donari contigerit, & denique de alijs bonis, per ordinem sue Religionem nostram possessis, & obsecris, non tenemur soluere aliquam decimam, etiam Papalem, seu Canonicae portionem exhibere; nec ad præstationem procurationum, aut exactiōnū, collectarum, vel prouisionum quarumcumque: nec ad etiam per litteras Apostolicas compelli, nisi eiusmodi litteræ de hoc industro de verbo ad verbum, ac de ordine nostro fecerint mentionem. Item aliqui Romani Pontifices solent Religiosorum, sive Monachorum Ordinibus Privilegium concedere, quo ipsos eximunt, & eorum prædia à quibusdam decimis etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs frumentis partibus subsidijs, etiam charitatiis, & alijs Ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra Infideles, defensione patriæ, & alijs quomodolibet, etiam ad Imperatoris, & inferiorum Principum instantiam impositis. Et quamvis in ipsa impositione caueatur, vt nulla prorsus exemptione cuiquam aduersus illa suffragetur. Et solente derogare Constitutioni que incipit: Nuper, de Decimis, vbi constitutum est, vt Cistercienses Monachi ex fructibus prædiorum, quæ aequisierunt post Concilium Generale Lateranense sub Innocentio tertio, decimam soluere debeant, etiam si eiusmodi proprijs manibus, vel sumptibus excelant, si ex illis prædijs antea decimæ solui solebant, quod Decreto comprehendit, vt ibi dicitur, alios Regulares, qui similius priuilegijs potiuntur. Item, concedunt aliquando Romani Pontifices Religiorum Monasterijs absolutè, ne decimas soluant ex prædijs, quæ habent: Aliquando in Priuilegio dicunt, ne soluant decimas ex prædijs suis.

His positis, dicimus in primis, certi juris esse, priuilegio Pontificis Romani, posse aliquos eximi à decima soluenda, quod affert Glossa, Hostiensis, Ioann. Andreas & Panormitanus in cap. Lit. cap. Ad audiendum, cap. Ex parte sua nos, de Decimis. An vero l'Officia auctoritate decima tolli extorquet, in dubio est. Nonnulli canonici juris interpretantes cum, vt diximus, decimam, saltem prædiale, diuini iuriis esse defendant, pariter negant fieri posse. At vero communis est opinio, tum iuriis Pontificij Doctorum, tum Theologorum, hoc posse iure fieri, nam quemadmodum decima coniunctudine, vel prescriptiōne tolli potest, non quidem vt laicis soluant, quæ clericis, vel Ecclesijs debetur, sed vt simpliciter decima non soluantur. Sic etiam auctoritate Pontificia fieri potest, vt decima in toto non soluantur: quoniam, dum modo Clericis & Ecclesijs aliunde subministratur, quæ sunt simpliciter ad vice vsum, vel vicem necessaria; quod iuriis naturalis, & diuini est, &

dummodo aliquid Deo offeratur, vt agnoscatur supremus rerum omnium Dominus, quod ius diuinum, & naturale præscribit, reliquum, cum sit tantum iuris Canonici, auctoritate Pontificia tolli potest. Dubitatque itaque, an si prædictum Priuilegium nuper à me produclum, alicui Monachorum ordinis concedatur, Eo ipso, Ordo sit immunitus ac liber simpliciter atque absolute à decima prædiali, quæ Parochis debetur. Oldradus in consil. 28. Quæstio est, virum: cenfet, quando cumque huiusmodi priuilegium Monasterio, vel cuiilibet Religioso ordini conceditur, locum habere tantummodo in decima agri noualis; non autem esse trahendum ad decimam prædiale, quæ ante Parochio soluebatur. Hanc sententiam ita confirmat: priuilegium enim Principis quamvis sit plenissimum declarandum, quando solū est præter commune ius; non tamen cum communī iuri derogat: nam interpretari Priuilegium debemus, ut quā minimum fieri possit, sicut etiam noceat. I. Prator ait, f. Merito, Ne quid in loco publico. Et cap. Ex tuarum, Auctoritate & via pallijs, &c. ca. Cum Capella de Priuileg. ergo priuilegium Pontificium solū intelligitur de decima agri nouali, qui nūc primum proscinditur ad culturam redactū, ex quo ante decima non soluebatur. Cæterum longe probabilius est opinio cōtraria, quam habet Abbas in cap. Dudum de Priuileg. nam prædictum priuilegium eximit à decima non solū personas, sed etiam bona quælibet: ergo non solū agris, qui coli non solebant, sed etiam eos, qui erant sub hominum cultura. Nec pro Oldrado quicquam facit id, quod habetur in cap. Dudum, de Priuileg. Nam in eo capite solū agebatur de Priuilegio, quo quidam erant exempti à decima nouali, & decernit Pontifex eiusmodi Priuilegium non procedi ad decimam tempore priuilegii impetrati possessam ab alijs, nisi de possesso alterius, facta sit in Priuilegio mencio. Nam vt ibi ait Panormitanus: Priuilegium, in quo non fit mentio de possesso alterius, non nocet possessori, quod intellige, inquit, quando impetratur circa decimas Noualium. Secus, vbi Priuilegium est impetratū simpliciter ne decimas quis soluat: quia tunc valeat, etiam si mentio non fiat de possesso alterius. Et ratio diversitatis est, quia decimæ ab aliquo possidentur. Vnde cum Pontifex concedit priuilegium ne decimæ soluantur, eo ipso vult derogare possessoribus, quia tacitè mentionem facit de possesso. Aliud vero est in decimis Noualium, quia Priuilegium potest intelligi de agris, qui nondum sunt ad culturam redacti, prouinde nullus possidet decimas illorum. Hæc fere ex Abate in eo capite. Deinde in dubium venit: An præstatum Priuilegium, Religiosis sive Monachis concessum, vel aliud simile, eximat eos solū à decimis personalibus, an etiam prædialibus: Atque hoc dubitatio inde oritur, quod decima prædiali Parochijs, & Ecclesijs debetur, quorum iuri non cenfetur Pontifex derogare. Sed certum mihi videtur esse, tali Priuilegio Pontificis eximi Religiosos, à Decima prædiali: nam generatum Priuilegium habet (A quibusvis decimis) quæ verba vniuersim dicta nihil excipiunt. Deinde etiam in Priuilegio dicitur: A decimi prædiali. Obiectus primum in Priuilegio

dici, *A quibus suis decimis, etiam Papalibus, praedialibus, personalibus*: Ergo verba illa, *praedialibus, & persona*
libus, referuntur ad proxime præcedens verbum,
Papalibus, ita ut sensus sit, eximi Religiosos, à deci-
mis praedialibus sive personalibus, quæ Romani
Pontifici debentur, non autem ab ijs, quæ deben-
tur Parochijs. At enim dubitari non potest, Pri-
uilegium esse simpliciter intelligendum. Verba
enim sic habent: *A quibus suis decimis, etiam Papalibus,*
quæ nimis solent esse extraordinariz: ac ne-
quis dubitaret de his, additum est, etiam Papalibus,
ac deinde subiungitur (praedialibus personalibus, &
alijs ordinarijs oneribus) quibus verbis priuilegium
extenditur ad omnem decimam, præialem, in-
quam, personalem & ordinariam.

Tertio vocatur etiam in dubium, An prædi-
ctum Priuilegium solum eximat eos, quibus da-
tur, à decimis foluendis ex ijs prædijs, quæ co
*tempore, quo Priuilegium impetrarunt, possi-
debant, An etiam à decimis ex prædijs, quæ postea
in ipso forum dominium deuenerunt. Oldradus
*enim loco citato, putat ea Pontificia priuilegia tan-
tum modo locum habere in primis decimis, non
*in secundis, dupli argumento permotus: pri-
*num sumit ex cap. Dndum, de Priuilegio, cui argu-
*mento paulo ante respondi. Secundum sumit**
*argumentum ex cap. Si quis laicus, & caput Eccle-
siae, & cap. Quicunque 16. questione prima, & cap. Cum
*non sit in homine, de Decimis, & cap. Ex literis, de Pi-
*gnoribus, vbi dicitur, Rem, in quicunque pos-
*fessiore deuenerit, cum suo onere, transfire: ergo si prædi-
*um in Religiosos translatum decimam**
*foluebat, manet sicut antea obligatum. Atta-
men longè probabilius est, quod dixi, Priuile-
gium vniuersum extendi ad quælibet prædia sive
ante, sive postea acquista: ratio huius est, quia
tae priuilegium non solum est personal, quo
personæ à decimis eximuntur; sed etiam reale,
*quo generatio quælibet prædia, & bona exci-
*pientur, & liberantur à decima: & vbi Priuile-
*gij verba nihil distinguunt, nec nos distingue-
*re debemus. Id vero quod obiectatur, Rem**
transfere cum suo onere in possessorem, locum
*habet in priuilegijs personalibus, quibus per-
sonæ sunt immunes ab onere: ac proinde si res
*oneri subiecta ad eas personas deuenerit, obli-
*gatur sicut antea. Exemplum fit, Titio est per-**
*sonale priuilegium concessum, vt ipse immuni-
nis sit à tributo foluendo, donatione tamen rem
*tributo subiectam acquisuit, debet eiusmodi tri-
*butum foluere non ratione personæ, sed rei tan-
*tum, quæ est in ipsum Titium donatione trans-
*lata.***************

Septimò queritur, An Coloni, qui prædia hu-
*iusmodi Religiosorum conducunt ut ea exco-
lant, parte vna fructuum sibi retenta, & altera i
*psis Religiosis soluta, sive liberi & exempti à de-
*cima foluenda? In cap. Licer, de Decimis, vide-
*tur esse planè constitutum, priuilegium Mona-
*chis, aut Regularibus concessum ut à decima folu-
*enda liberentur, non trahi ad eos qui ipsorum**
*prædia excolenda conducederint. Nihilominus ta-
*men dicendum est, Quandocumque Priuilegium**
*conceditur alicui Religiosorum ordini, ut sit im-
*minus & liber à decima foluenda, si sit persona**
*re tantum, non se extendere ad conductores præ-*****

diorum: si vero sit priuilegium reale, pretendi
ad conductores agrorum. Sic Glosa in Clem. i. de
*Decimis, in verbo, excolendas. Sic ibi Ancharen. mo-
la, Cardinalis ibidem, question. 23. Abbas, in cap. Ex
parte, de Decimis, i. numero quinto. Quod probant, quia
agri ac prædia à decima eximuntur, ergo etiam
orum conductores foluerent decimam non debet:
ex quo sit, ut cum prædictum Priuilegium non
*solum sit personale, sed etiam reale, trahatur
*quoque ad eos, quibus prædia sua ipse Religio-
rum ordo locat, quomodo cumque ea locet, nimis
sive eo pæcto, ut conductor sibi dimidiam
partem fructuum acquirat, & alteram dimidiam
*relinquat ipsi Monachorum ordini, qui tunc di-
catur partarius colonus, sive locet eo pæcto, ut
*quotannis ipsi ordini certa, & taxata pars fructu-
um in omnem euentum reddatur, & reliquum
sibi conductor acquirat, qui tunc dicitur colonus
*vel conductor censualis. Ad id vero quod obie-
catur ex capitulo. Licer, de Decimis, respondeo, ibi
*sermonem esse de Priuilegio, quo fuerit con-
*cessum Cisterciensibus, Templarij, & Hospi-
*tarij ne decimam foluerent ex prædijs quos pro-
*prijs manibus, vel sumptibus colerent, ac proinde**
Priuilegium dictum minime trahendum fuit
ad conductores, qui sibi fructus velet toto, vel ex
*parte acquirunt: at vero Priuilegium illud ge-
*neralius est, nam in vniuersum concedit, ut præ-
*dia certi ordinis regularis, sint libera & exem-
*pta à decima.************

Octauo queritur, An etiam prædia, si quis ipse
*Monachorum, sive Religiosorum Ordo in em-
*phyteufim habeat, libera quoque sint à decima,**
*ea item, quæ ab alijs conducta habet. In cap. qui-
dem, Dilecti, de Decimis, præcipit Pontifex ut
Regulares decimam foluant ex prædijs, qui sibi
*laici locauerant, & ex quibus antea decima folue-
*batur. Dicendum tamen est, etiam ad huius-
*modi prædia antedictum Priuilegium pretendi,**
*ut quidam volunt, quoniam in Priuilegio exipi-
unt generatio quæcumq; prædia & bona ipse
*Religiosorum ordo habet: sed quæ in emphyteu-
*fi accepit, vere, & propriè in bonis Ordinis nu-
*merantur, igitur ea quoque sunt à decima exem-
*pta. Et cum Emphyteufis sit quædam ad longum**
tempus locatio atque conductio, sit, ut prædia
*quoque ipsi Ordini Religiosorum ad breue tem-
*pus locata, sint libera à solutione decima: nam**
*locatio ad longum vel breve tempus rei substan-
*tiæ non mutat. Obiectes; Agri conductores qui**
vocantur, non sunt proprii, ergo Priuilegium de
decima non foluenda ex agri proprijs, trahi non
*debet ad conductios. Respondeo: Si Priuile-
*gium concessum alicui, tantum habeat, ne deci-
*mam foluat ex proprijs agris, vel ex suis agris,**
nequit extendi ad conductios, cap. Dilecti de
Decimis. At quando hoc Priuilegium fini plecter, &
abfolire conceditur, ne quis decimam foluat ex
prædijs quæ habet, comprehendit etiam proprios,
& conductios fundos & agros, quoniam v-
*traque habentur. Ad id vero, quod ex cap. Dilec-
*ti de Decimis, obiectatur: Respondeo, Priuilegium**
Pontificis non fuist simpliciter concessum, sed
*eatenus dum taxat, ne Regulares illi decimas folu-
erent ex fundis, quos proprijs laboribus, vel
*sumptibus colerent. Et ideo respondit Pontifex********

eiusmodi

eiusmodi Privilegium ad agros conductitios minime pretendi.

Nono queritur, Quænam poena in eos, qui decimas non soluant, communi iure sint constitutas? Respondeo in cap. statuum 16. quæst. 1. & in Concilio Mariensem 2. esse constitutum: Ut omnes cuiuscunque gradus & conditionis sint, decimas integras soluant ipsis, quibus iure debentur; alioquin excommunicationi subiiciantur. Vnde Synodus Tridentina, sef. 25. cap. 12. de Reformat. eandem poenam confirmat his verbis: Qui decimas aut subirahunt, aut impedient, excommunicentur. Nec ab hoc criminis, nisi plena restitutio soluta, absoluuntur. Hæc ibi. QVAERES, an remissio decimæ facta ab eo, cui deberet, sufficiat, ut quis cum à peccato, tum à poena Iuris liberetur? Respondeo Nauar. in Manuali cap. 21. n. 32.

Glossa in cap. Peccatum de Regulis iuriis in sexto in verbo Refutatio, eam sufficere. Clem. 1. de Decimis, excommunicatione feriuntur Religiosi quicunque sint, qui decimas Ecclesijs debitas, & ad ipsos iure aliquo vel causa legitima non pertinentes, sibi vendicare tanquam proprias audent, aut qui dolis & malis artibus usurparunt: & ipsis, qui non permittunt, vel prohibent Ecclesijs decimas solui ex animalibus suorum familiarium, vel pastorum, vel ex alijs animalibus, quæ suis permiscerunt; vel ex animalibus, quæ in Ecclesiarii fraudem emunt, & committunt venditoribus vel alijs, ut ea teneant, & custodiant; aut ex terris, quas colendas alijs committunt. Si admoniti ab ipsis, quorum hoc interest, intra mensum, ab his non desistant; aut si id, quod fibi aucta temerario usurparunt, non restituerint intra duos menses Ecclesijs, quibus iure debentur; quæ excommunicatione nulli communi iure restringuntur. Item in Clem. Cupientes, de Paris, excommunicatione afficiuntur omnes Religiosi, qui suis concionibus, vel alias aliquid proferunt, ut auditores auerterat a soluendis decimis eis Ecclesijs, qui bus iure debentur. Item omnes Religiosi, qui in sacris peccatorum confessionibus, quas audiunt, nullum animæ scrupulum iniiciunt ipsis, quorum confessiones excipiunt, de soluendis decimis, tam diu ipso facto suspenduntur, donec eos, quorum confessiones audiuerent, admonuerint, si commode possunt, ut decimas debitas, soluant. Alioquin id non facientes, ipso facto in excommunicationem incurrit, si concionari audeant prædicta negligientia non expiatæ eo modo, quem diximus. Hec ibi.

Cap. XXVII.

De Primitiis, & Oblationibus.

PRIMO queritur, Quid nomine Primitiarum lus Canonicum accipiat? Respondeo quidam Primitias dici, non solum primos fructus ex terra suscepitos, sed etiam præcipuos, & optimos. Mihil tamè verius videtur quod alij tradunt. Primitias, esse primos fructus ex agro perceptos, qui Deo, & Ecclesiæ offeruntur. Prisci Romani, teste Plinio lib. 18. cap. 2. non gustabant nouas fruges, aut vina, antequam Sacerdotes primitias libassent.

Secundò queritur, An Primitiæ iure communni debeantur? Quidam, teste Panormitanus in cap. Decimam de Decimis, conferunt, eas minimè iure debet. At verior est opposita sententia, Innocentius

nempe, Hostiensis, Ioannis Andreæ, & Abbatis in eo cap. Decimam & in Rubr. de Decimis. Nam in cap. Decimas 16. quæstione sepiima. G. egorius septimus; operter, inquit, congruentius nos decimas, & primitias, quas iure faderotum esse sanctimus, ab omni populo accipere, quos fideles, Domino precipientes, offerant, iuxta ratificationem Malachie: (Inferite omnem decimationem in horreum meum.) Et cap. Reuerimini 16. quæstione prima, manifestè Hieronymus testatur, decimas & primitias deberit tanquam pauperum elemosynas. Item cap. Decimam, de Decimis, ut ex eodem Hieronymo haberetur, specialiter definitur propter Sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis offrendis. Vbi Glossa communi confessione recepta tradit, primitias iure exigi, sicut etiam decimæ exigitur.

Tertiò queritur, An Primitiæ lege divina scripta olim deberentur? Respondeo, eas fuisse debitas: siquidem Malachia tertio cap. Conqueritur Deus de Iudeis, eo quod decimas, & primitias non soluerent: & Tobiae primo commendatur senior Tobias, quod omnia primitiva sua, & decimas suas fideliter offerret. Demum Deuteronomij 26. & Exod. 13. Lex Domini continetur, qua primitiæ solui debebant. Sed oppones illud Exod. 75. Loquere filii Israhel, ut tollam mihi primitias: ab omnibus hominibus qui offererit vitrum, accipies eas. Respondeo, ibi Primitiarum nomine intelligi eas, quæ populus offerebat ad tabernaculi fabricam, & ornatum. At vero vobis, & consuetudine, Primitia sunt magna ex parte sublata, & lex de illis soluendis fere vobis antiquata; & vbi huiusmodi lex existat, minimè primitiæ soluuntur, nisi à clericis petantur.

Quartò queritur, An certa & definita quantitas Primitiarum iure communi debeatur? Innocentius, & Panormitanus loci citatis, negant eam deberi, sed arbitrio offerentiam auunt esse relata. Hostiensis verò a se dedito loco docet, iure quidem solui non posse minor rem partem quam sexagesimam; maximam verò quæ soluntur, esse quadragestimam. Inter quadragestimam vero, & sexagesimam arbitrio offerentis, partem Primitiarum solui. Vtitur ad id probandum Hostiensis testimonio Hieronymi in cap. Decimam de Decimis, vbi sic ait: quæ plurimum soluebam, quadragestimam partem sacerdotibus dabam: qui minimum, sexagesimam. Et sic inter quadragestimam, & sexagesimam licebat offerre quocunque voluisse. Sed probabilius est, quod tradidit Innocentius in eo loco quem supra retulimus certam partem Primitiarum non esse iure fancitam; quare arbitrio offerentium reliqua est: & vbique ea pars soluenda est, quæ viu & consuetudine præstat. Id verò quod ab Hostiensi allatum est ex cap. Decimam, non est definitio legis, & Iuris, sed sola magistrorum traditio, ut ipse Hieronymus confiteretur.

Quinto queritur, An iure naturali Primitia debeantur? Respondeo cum S. Thoma secunda seconde quest. 86. ar. 4. partim naturali, partim Canonico iure deberi: Quemadmodum enim decima iure naturali debetur ac soluitur, quandoquaque necessaria est ad cōmodum Parochi vicuum: vel ad profitendum supremum Dei in res omnes dominatum, & imperium: secus vero non naturali, sed Pôtificio iure debetur; sic etiā primitiæ quatenus